



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

28 Feburarij. Pridie Cal. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

virtutum palestram, erexisti. Ut nos, qui
 supera didicisti sumus, per sanctæ charita-
 tis compagem, & disciplinæ custodiam,
 structura nobilissimæ celsitudo ad sidera us-
 que sustollamus.

S. BERNARDUS, serm. 32. de divers.

Index
 homi-
 nis in-
 terioris
 est ex-
 terior.

Minister Christi sic debet conver-
 sari, ut ex moribus exterioris homi-
 nis, qui videtur; existimetur compo-
 sitio interioris animi, qui non videtur.

(☉)(☉)(☉)(☉)§(☉)(☉)(☉)

28 February. Pridie Cal. Mart.

Vixit
 circ. a. n.
 1188.

B. HERBERTUS: qui in Claravalle
 sacrae religionis iunioribus rudimen-
 tis, ob singularis prudentiæ donum B.
 Henrico Abbati charus, Sacellani do-
 mesticum honorem apud eundem habui-
 sti. Eo autem ad sacram Purpuram
 promotus, tu Abbatia de Moris præ-
 fectus, tanta sagacitate, simul ac san-
 ctitate, pauperem, ea tempestate, do-
 num rexisti; ut inventum verè super
 pauca fidelem, te Clerus populisque
 Sardinia in Episcopum elegerit. Atque
 ibidem post plurima sanctitatis signa
 edita, finem vitæ mortalis, & æternæ
 initium fecisti. *Summum prudentiæ,*
 &

Et felicitatis humanae fastigium tenet, qui novit, omnes actiones ad Voluntatis Divinae beneplacitum disponere. Hac laude cum tu mirè excellueris; effice, ut nusquam alia vitae meae regula locum inveniat.

B. STEPHANE, Alvastræ in Suecia monache: qui ad petitionem Sten-
chilli Regis, & mandatum Agedarij
Episcopi Bremensis, te in mediam Ido-
lolatræ gentis silvam magnanimiter
innimisisti. & post tolerata verbera, ali-
aque cruciamenta; post superata vitæ
pericula; post patrata denique innu-
mera miracula potiorè Sueciæ partem
ab errore ad Christianam veritatem
adduxisti. Ac in gloriosi laboris tro-
phæum, Upsalæ (ubi primarium Dii
Fanum habuerant) sedem Archiepisco-
palem fixisti. *Tuies idola mihi fabrico,
quoties à Deo aversus in peccatum consen-
tio. Arerte à me hanc pestem, & maledi-
ctam impudentiam: & fac, ut exhorre-
scam, magis placere dæmoni, quàm Deo.*

S. BERNARDUS, ser. de S. Bened.

*Sicut caro porcina, cum comeditur, ita
adheret carni, ut jam sit una caro: sic
transgressor præcepti Dominici, spur-
cos sibi sociat spiritus; & adhaerendo eis,
unus cum eis efficitur demon.*

Vitæ fe-
licitas.

Obijt

anno

1185.

Apосто-
lus

Sueciæ.

Pecca-
tor fit

unus cū

dæmo-

ne dæ-

mon.